

filios hominum. sicut in psalmo sacro  
canitur. ut videret si est intelligens aut  
requiens deum. Ad hoc debet homo  
esse intelligens ut requirat deum. Sa-  
tus itaque rememorati fuerunt in his que  
deus fecit. ut per ea cognosceretur ipse  
qui fecit. Inuisibilia enim eius per ea que  
facta sunt intellecta conspiciuntur. In  
arguuntur in libro sapientie qui de his  
que videntur bona non potuerunt scire  
eum qui est. neque operibus attendentes ag-  
nouerunt artificem. sed aut ignem aut  
spiritum. aut citatum aerem. aut girum  
stellarum. aut violentiam aquarum. aut  
luminaria celi. rectores orbis terrarum  
deos putauerunt. quorum quidem si spe-  
delectati hec deos putauerunt. sciant  
quanto dominator eorum melior est. Spe-  
cti enim generator ea creauit. aut si vir-  
tutem et operationem eorum mirati sunt  
intelligent ab his quanto qui hec cons-  
tituit fortior est. Magnitudine enim  
speciei et creature. cognoscibiliter po-  
tent creator videri. hec de libro sapien-  
tie propterea posui. ne me fidelium qui  
spiam frustra et inaniter existimet in cre-  
atura prius per quasdam sui generis tri-  
nitates quodam modo gradatum. donec ad  
mentem hominis peruenirem. quesisse  
iudicia summe illius trinitatis. quam que-  
rimus. cum deum querimus. *et c. 13*

**S**ed quoniam differendi et ratio-  
nandi necessitas per quatuordecim  
libros multa nos dicere copulit. que  
cuncta simul aspicere non valemus. ut  
ad id quod apprehendere volumus ea cele-  
ri cogitatione referamus. faciam quantum  
domino adiuuante potuero. ut quicquid in sin-  
gulis voluminibus ad cognitionem dispu-  
tatione potuit remote disputatione bre-  
uiter congeram. et tanquam sub vno mentis as-  
pectu. non quemadmodum res queque psua-  
sit. sed ipsa que psuasit sunt ponam ne tam lon-  
ge sint a precedentibus consequentia.  
ut oblivionem precedentium faciat in-

spectio consequentium. aut certe si fece-  
rit. cito possit quod exciderit relegendo  
colligi. In primo libro. secundum scri-  
pturas sacras vinitas et equalitas sum-  
me illius trinitatis ostenditur. In secu-  
do et tercio et quarto eadem. sed de fi-  
lii missione et spiritus sancti diligenter  
quod pertractata. tres libros fecit. Demon-  
stratumque est. non ideo minorem mitte-  
tem eo qui missus est. quia ille misit. hic  
missus est. cum trinitas que per omnia  
equalis est. pariter quoque in sua natura  
immutabilis. et inuisibilis. et ubique pre-  
sens inseparabiliter operetur. In quinto  
propter eos quibus ideo videtur non eam-  
dem patris et filii esse substantiam. quia  
omne quod de deo dicitur. secundum sub-  
stantiam dici putant. et propterea et ge-  
nere et genere vel genitum esse et ingem-  
tum. quoniam diuersa sunt. contendunt sub-  
stantias esse diuersas. demonstrat non  
omne quod de deo dicitur secundum sub-  
stantiam dici. sicut secundum substan-  
ciam dicitur bonum et magnum. et si quid  
aliud ad se dicitur. sed dici etiam rela-  
tiue. id est non ad se sed ad aliquid quod ipse  
non est. sicut pater ad filium dicitur.  
vel dominus ad creaturam sibi seruien-  
tem. ubi si quid relatiue id est ad aliquid  
quod ipse non est etiam ex tempore dicitur.  
sicuti est domine refugium factus es nobis.  
nichil ei accidere quo mutetur. sed omnia  
ipsum in natura vel essentia sua immuta-  
bilem permanere. In sexto quomodo di-  
ctus sit christus ore apostolico dei virtus et  
dei sapientia sicut disputatur. ut diffe-  
ratur eadem quod diligentius retractanda.  
verum a quo est genitus est christus non  
sit ipse sapientia. sed tantum sapientie pater.  
an sapientia sapientiam genuerit. sed quodli-  
bet horum esset etiam in hoc libro appa-  
ruit trinitatis equalitas. et non deus tri-  
plex. sed trinitas. nec quasi aliquid du-  
plum esse patrem et filium ad simplum  
spiritum sanctum. ubi nec tria plus ali-  
quid sunt quam vnum horum. disputaui etiam  
quomodo possit intelligi quod ait hilarius